

CIRCARIAE BOHEMIAE ET MORAVIAE

Initio fuerant duea circariae separatae, Bohemia enim et Moravia, unaquaeque sufficienti numero domuum consistens. Ignota quadam ex ratione, vero in fine saeculi XIII sunt unitae. Extendit se dein haec spectabilis circaria bohemо-moravica in dioeceses Pragensem, Olomucensem et Passaviensem¹, politice autem in regnum Bohemiae, in marchionatum Moraviae (quae hodie pertinent ad Cechoslovakiam), et in utramque Austriam.

Iam ante unionem duarum circariarum facta est mutatio: canonia Plagensis videtur fuisse mutata pro Speinshartensi, quae ad Bavanicam pertinuerat, anno 1236. Sed in fine circaria valde est dilatata, et quidem super integrum imperium Habsburgicum. Iam medio aevo pluries visitatores iis simul et omnibus aliis circariis in oriente sitis, nempe polonicae et hungaricae, praefue-

¹ Hae tres dioeceses solae extiterunt usque ad saec. XIV, quo accessit eis Litomyšlensis, saeculo XVII loco illius vero Reginae-Gradecensis (Hradec Kralove, Königgrätz) saeculo sequenti insuper Brunensis (Brno), et per decreta Josephi II Budvicensis (Česke Budejovice), Linciensis (Linz) et Sti. Hippolyti (St. Pölten).



runt. Anno 1650 canoniae in Silesia sitae, quae antea ad polonicam spectabant, deinde vero, cum Silesia paulatim linguam germanicam assumpserat, exemptae fuerant, circariae bohemicae sunt aggregatae. Anno 1692 decrevit Capitulum Generale, quod omnes canoniae pristinae circariae hungaricae, seu iam redemptae seu in futurum recuperandae, manerent adiunctae circariae bohemicae. Anno 1738 Griffen transiit de bavarica ad bohemicam, et anno 1752 abbatia Nowyśacz in Polonia eidem nostrae circariae est addicta, quod decretum vero non videtur esse in praxim deductum.

Omnis canoniae virorum in Bohemia et in Moravia sitae ab initio erant abbatariae, non vero austriacae. Pernegg et Nova Říše, praepositurae parthenones in canonias virorum mutatae, postremo etiam ad abbaticalem dignitatem sunt evectae. Commendae non extiterunt in his regionibus, praeter transitorium quoddam experimentum imperatoris Josephi II, nec mensarum separatio fuit in usu.

Initiator ordinis in Bohemia et Moravia fuit ille Henricus Zdik, episcopus Olomucensis, qui annis 1137/38 in Terra Sancta commorans, ordini canonorum Templi Domini se adiunxit², et reversus in patriam, enixe operam dedit ad eum ibi introducendum. Fundavit ergo anno 1140, cum aliquibus religiosis forsan inde adductis, canoniam Montis Sion, id est Strahov. Qui vero fecerunt exspectationes eius. Mox Windbergae in Bavaria meliorem formam vitae canonicae innotuit, nempe „normam Praemonstratensem“ et statim gregem canonicorum ex Steinfeldia advocavit, quem illis „undecunque collectis“ substituit. Sub qua forma innovata Mons Sion mox bene prosperavit. Henricus dein alteram canoniam instituit in Litomyšl, et fundatione canoniarum Želiv et Hradisko participavit. Constat canonias Strahov et Želiv fuisse fundatas tamquam monasteria duplia, sed iam infra decennium moniales sunt dislocatae³. Parthenones, quorum omnis fere canonica unum habuit dependentem, bene floruerunt in hac circaria. Fuerunt divites ac spectabiles, et quoad omnia aequiparati sunt canoniis virorum. Videntur fuisse et ipsi usque ad saeculum circiter XIV communitatibus virorum praediti. Canonici illi, quibus praefuit prior dum praepositus temporalia totius ascetrii moderaretur, immo authentice occurrunt tamquam „professi“, vel „canonici regulares alicuius parthenonis“⁴. Praepositi parthenonum in hac circaria

² Vide de eo infra apud Circ. Graeciae et Hierosolymitanae, et GOOVAERTS I 430/32. Henricus forte, sed nequaquam certe in posterum et ipse „Normam Praemonstratensem“ amplexus est. Obiit an. 1150.

³ Quod patet ex epistola Udalrici praepositi Steinfeldensis ca. 1150 conscripta (ROTH Briefs. 194). Apud Hradisko et Litomyšl possumus idem supponere, vide apud Doubravnik et Olomouc.

⁴ Ita verbi gratia anno 1310: „Vojslaus canonicus regularis monasterii Chunicensis“ (ERBEN, Reg. Boh. II 2216).

mox facti sunt praelati sui juris, et ut „inamovibiles et perpetui, abbatiali jurisdictione praediti“ a capitulo generali saec. XVII sunt recogniti. Anno 1622 praepositus Chotešoviensis immo titulum abbatiale sibi vindicavit, quod privilegium legaliter anno 1738 confirmatum est et ad alios parthenones circariae tunc florentes extentum est. Unicus casus in ordine!

Canoniae in Bohemia et Moravia sitae saeculis XII et XIII omnino fuerunt gentis bohemicae. Immo illae, quae in margine regni sitae, in posterum, praesertim a fine saeculi XIV, per immutationem populationis, colonisatione harum regionum primitus parum habitatarum peracta, gentis germanicae factae sunt (Tepla, Chotešov et Louka.).

Post bella hussitica cultura bohemica elanguit, et a saeculo XVII, favente dynastia Habsburgica ubique praevaluit lingua germanica, cui vero natio bohemica post regenerationem suam saeculo XIX iterum sermonem ei vernaculum substituit⁵. Sola Tepla, cum esset sita in regione mere a Germanis habitata, mansit germanica usque ad annum 1946.

Mox canoniae fere omnes magnam prosperitatem sunt adeptae. Divitiae et piae fundationes affluebant undique, aedes surrexerunt ubique visendae structurae, habitatae a communitatibus insolitae numerositatis. Una ex insignioribus abbatiis, Litomyšl, immo erecta est in ecclesiam cathedralem.

In hoc culmine splendidae evolutionis fracta et percussa est circaria usque ad mortem per haeresim Hussitarum ineunte saeculo XV. Fanaticus dux haereticorum, Joannes Žižka, saeviens irruit in monasteria, omnia comburens et percutiens, et mactans integros conventus usque ad ultimum religiosum. Inter asseclas et adlatos eius zelosissimos erat etiam unus apostata ex ordine nostro, Joannes Siloensis. Talis erat destructio, et tantopere protracta sunt per totum saeculum bella et seditiones, ut nonnisi lente et laboriose pars communitatuum potuerit reviviscere. Litomyšl et Louňovice adeo erant percussae et emortuae, ut resurgere nequiverint; Milevsko et parthenones Neorisensis et Kounicensis diu languerunt fere exanimis, saeculo sequenti extincti sunt. Želiv pariter omnino extincta est, tamen saeculo XVII revixit. Monasteria post destructionem Sigismundus imperator magna ex parte oppignoravit nobilibus haeresi faventibus, ad stipendia militaria solvenda.

⁵ Longaeva et flagrans semper erat in hoc regno lis linguarum et nationum, cuius causam et evolutionem disserere ad nos non attinet. De quaestione vero, quali in lingua hoc in libro singula loca sint designanda, vide supra in praefatione generali. Cum pronuntiatio linguarum Europae Orientalis sit sat difficilis et communiter in occidente parum nota, inserimus sequentibus circariis, in quantum has regiones tractant, indicationem, quomodo nomina proferuntur, et quidem modo gallico. Hac lingua omnes eruditи lectores callere supponimus. Notandum est, in linguis slavicis litterae h et ch proferri modo germanico.

Paulatim tamen canoniae depauperatae bona sua redimere et aedes restaurare potuerunt, ita Zabrdovice 1440, Chotešov 1455 et Dokšany 1456.

Calamitatibus vero supra allatis disciplina regularis corruit, nec in statum pristinum redintegrari potuit. Instigante tamen rege Bohemiae annis 1482/86 circaria ad normas Stae. Mariae Magdeburgensis reformata est. Teplo factum est centrum reformationis. Tamen nec conatus isti res funditus potuerunt verti in melius, quia haeretici vix pacati, iterum iterumque totum regnum et regiones circumiacentes inquietarunt resurrectionibus suis, magnum in damnum monasteriorum, quae aerumnae saeculo XVI exerto protestantismo, peiores sunt factae. Tota fere Austria, ad quam Bohemia tunc spectabat, practice iam a fide defecerat, monasteria erant desolata atque turbata. Episcopatus Litomyšlensis, ordini incorporatus interiit.

Contra-reformatio haec omnia vertit in melius. Societas Jesu tunc conata est canonias Strahoviensem et Chotesoviensem sibi arripere in dotationem, sed in vanum, quia versus finem saeculi XVI ordini nostro ortus est zelosus simul ac sanctus reformator et restaurator in persona Joannis Lohelii, abbatis Strahoviensis, qui cum successore suo Caspero de Questenberg faciem totius circariae renovavit. Indefesse cum juvene generatione ordinis laborabant in restauratione canoniarum ad intus et ad extra, et ad restaurationem fidei catholicae. Vacaverunt tunc parochiae, opus erant praedicatores, ideo parthenones Pernegg et Novaříše mutati sunt in canonias virorum. Valde meritus est abbas Questenberg de ordine per translationem corporis Sti. Norberti ex Magdeburgo in Pragam anno 1627, per restaurationem – etsi transitoriam – canoniarum Saxonie annis 1628/31, et per fundationem Collegii Norbertini Pragae anno 1635.

Saeculis XVII et XVIII circaria culmen sui splendoris adepta est. Ubique in canoniis viguit spiritus religiosus fervens et exemplaris, tantopere florebant litterae et scientiae, ut vix tunc simile quid in ordine invenisses, si Brabantiam excipis. Surrexerunt aedificia stupendae magnitudinis et elegantiae, praesertim Louka, Chotěšov et Hradiško. Ut breviter dicamus Bohemia hac in epocha fuit ex praestantissimis et florentissimis circariis totius ordinis, et splendidis ac numerosis suis canoniis in hoc regno longe aliis ordinibus praevalebat.

Hoc saeculo XVII etiam antique canoniae Milovicensis et Kounicensis, ab Hussitis deletae, iterum in manus ordinis redierunt, ex causis, de quibus loquemur, tamen non sunt restauratae. In fine huius saeculi abbas Franciscus de Schöllingen, minusculae canoniae Pernecensis, coepit laudabile opus restaurationis ordinis in Hungaria, a saeculo ibi iam extincti. Praepositurae Promontor, Csorna, Janoshida, Lelesz, Jaszo et Türje inter annos 1694 et 1705 sunt redemptae et ordini reunite. Vituperandi vero sunt abbates illi Strahovienses, Lucenses et Gradenses, qui per integrum saeculum XVIII

impediverunt restorationem non tantum canoniarum Milevsko et Kounice, sed etiam totius circariae Hungariae in statum pristinum, quia privatae utilitati potius servientes quam ordini, maluerunt haec bona propriis domibus reservare in usumfructum, quam eis independentiam debitam, ut oportuit, reddere. Sola canonia Jaszo summa cum difficultate hanc libertatem sibi recuperavit medio saeculo XVIII.

Iam sub Maria Theresia Imperatrice communicatio cum Praemonstrato anno 1772 fuerat restricta. Successor eius Josephus II vero faciem et immo essentiam circariae et ordinis in terris suis funditus mutavit per reformatio-nes suas partim saluberrimas, partim vero perniciosas. Anno 1780 cum coe-isset regnare, circaria complectebatur 15 canonias virorum cum 694, et 3 parthenones cum 115 religiosis. Imperator hoc ipso anno admissionem novi-tiorum et mox etiam omnem nexum cum Praemonstrato et cum circariis ex-traneis interdixit. Libera electio abbatum est vetita, seminaria et studium do-mesticum monasteriorum sunt suppressa, quorum loco erecta sunt „Semina-ria Generalia“, quae spiritu „illuminationis“, id est istius epochae erant imbuta. Dein coepit imperator maiores partem monasteriorum supprimere, et erexit ex bonis eorum sic dictum „fundum religionis“, ex quo deinceps omnes parochi et sacerdotes ministerio animarum fungentes salario accipe-rent. Primo suppressit omnes parthenones anno 1782, dein annis 1783/85 ex nostris canonii Perneensem, Lucensem, Gradicensem et Zabrdovicensem. Multas novas parochias laudabiliter creavit, quarum vero administratione monasteria nimis onerata sunt. Secundum indolem sui temporis omnia mere contemplativa et „monachalia“ spernens, et meram activitatem „ad augen-dam prosperitatem humanitatis“ ut unicum finem ordinum et monasterio-rum agnoscens, characterem ordinis in canoniis, quibus pepercit, tantopere alteravit, ut post unam generationem in novo hoc spiritu educatam nonnisi forma externa eius aliquo modo remanserit. Multae praxes specifice clau-strales tunc sunt abrogatae, et disciplina religiosa damna perpessa est.

Circaria Bohemiae ab anno 1781 cessaverat existere, sicut et omnis con-ne-xus mutuus inter singulas canonias. Anno 1804 quidem abbas Strahoviensis nominatus est „praeses“ domuum ordinis in Imperio Austriaco existentium, sed anno 1813 haec institutio iterum est abolita. Anno demum 1852, cum Sancta Sedes Cardinali Schwarzenberg archiepiscopo Pragensi reformatio-nem monasteriorum in Austria commisisset, abbates nostri in Marienbad congregati abbatem Strahoviensem elegerunt denuo praesidem, et anno 1855 omnes canoniae ab episcopo Sti. Hippolyti Ignatio Feigerle, visitatore apostolico, visitatae sunt. Anno 1858 iterum fuit capitulum provinciale Vin-dobonae, anno sequenti capitulum generale ordinis in Strahov, in quo nova statuta pro circaria sunt redacta. Anno 1883 demum peracta est reorganisa-tio definitiva ordinis in capitulo generali Vindobonae, et adunatae sunt om-

nes canoniae intra fines imperii austriaci sitae in „circariam austro-hungaricam“, quae in capitulo generali anni 1889 Tongerloae divisa est in „austriacam“ et „hungaricam“. Anno 1924 nostra antiqua circaria Bohemiae et Moraviae aliquo modo est restaurata per erectionem novae circariae „cechoslovacicae“, quae praeter canonias Teplensem, Strahoviensem Neorisensem, et Siloensem etiam Speinshartensem⁶ et Jaszoviensem includit. Geras et Schlägl manserunt apud circariam austriacam.

Saeculo peracto canoniae bohemicae et austriaca multos genuerunt doctores et viros scientis illustres⁷, et administraverunt etiam varia gymnasia publica. Nostris temporibus vero tempestates validae devastaverunt duris probationibus has circarias. Bellum nempe annis 1939/45, praesertim vero tyrannis hitlerica, quae abbatias fere omnes plane suppressit. Anno 1946 expulsa est pars germanica communatis Teplensis, quae continuatur in Villingen. Reliqua monasteria in Cechoslovakia anno 1945 vix restituta, quinquennio post suppressa et bona eorum confiscata sunt. Abbatiae antehac florentes, lugent profanatae, archiva et bibliothecae sunt ablata et partim vendita, religiosi sunt dispersi. Tamen communitates eorum non moriuntur . . .

CHOTĚŠOV St. Wenceslaus¹

Pronuntia more gallico: Khotiechoff.

Chotessow, -eszov, -issaw, -inessow, -essoviz, -iesowicz, -ieschowecz, Hottessove, -essowic, Gottessaw, -tesovice, Kostelecz.

Prope Stříbro (Mies) in districtu Pilsensi in Bohemia, Dioc. Pragensis.

Parthenon, fundatus paulo post annum 1202 a Beato Hroznata, fundatore Teplensi, et a Woyslawa sorore eius viduata, quae intravit et prima magistra facta est. Primae moniales venerunt e Doksany. Saeculo XV verbum fit de canonicis professis, sed ceteroquin semper subfuit paternitati abbatum

⁶ Haec domus vero postea immediate abbati generali est subdita, et hodie pertinet ad Circariam Germaniae.

⁷ Quod iam fecerant ceteroquin omni tempore. „Chronographus Siloensis“ id est, Chronicon Geraci professi Siloensis et postea abbatis Milovicensis, est unus ex praestantissimis fontibus pro historia non tantum ordinis, sed et regni et ecclesiae. Cf. BACKMUND MaGSchr 186 ff.

¹ In Necrologio de Marcheroux (s. XIII, BMun Nancy 995/III 51) legitur „Grosnata fundator ecclesie Sti. Augustini de Gotestuit“. Quod vero est unicum exemplum talis patrocinii.

Teplensis, unde venerunt eius praepositi, et qui administraverunt per canonicos suos parochias huic parthenoni incorporatas: Chotešov (Chotieschau), Dobřany (Dobrzan), Touškov (Tuschkau), Holyšov (Holleischen), Horní Sekyřany (Obersekerschan), Litice (Littitz), Stod (Staab), et quidem a saeculo XV tantum. Antea iam possederat alios patronatus, quos iterum amisit. Moniales erant usque ad medium saeculum XVI exclusive nobiles, et usque ad Zachariam Bandhauer, praepositem reformatorem, nobilitas praevalebat, in detrimentum disciplinae. Praepositi obtinuerunt ius baculi iam anno 1361, anno 1403 vero omnibus pontificalibus sunt insigniti. Hoc tempore asceterium, quod fuit dives et potens, optime floruit. Anno 1423 ab Hussitis deletum, et in posterum plures exscoliatum et devastatum est, ita ut elanguerit et saeculo demum XVII iterum refloruerit. Anno 1622 praepositus Zacharias Brandhauer, qui asceterium a Tepla matre independentius reddidit, vir omni genere meritissimus, titulum abbatiale sibi vindicavit, quod anno demum 1738 a capitulo generali recognitum est. Annis 1734/56 splendida ac sumptuosa aedificia antiquis sunt substituta, et prope monasterium in Monte Vrabina paulo post per pulchrum sanctuarium in honorem Sanctae Crucis, quo undique peregrini affluebant, erectum est. Status personalis: 1531: 10 moniales, 1579: 2; 1618: 14 canonissae, 2 novitiae, 5 postulantes, 1642: 30, 1782: 44 moniales. Hoc anno 1782 suppressum est asceterium. Parochiae anno 1804 traditae sunt canoniae Teplensi, ecclesia ipsius asceterii anno 1793 clausa et anno 1830/37 demolita est. Bona emit anno 1822 princeps de Thurn & Taxis, qui dedit anno 1878 aedificium monialibus de Visitatione B.M.V., quae anno 1936 monasterium acquisiverunt. Anno 1945 maior pars earum expellitur, et an. 1950 monasterium denuo supprimitur. Moniales refugium invenerunt in antiqua canonica Marchthal (Circ. Sueviae).

Archivalia: Praha, Arch. Status Centrale – Archivum quondam Archiepiscopale, nunc ibi depositum: XB5 nr. 4: 11 Fasc. acta – Ibidem Bibl. Clementina MS VI cf. 13: Chronicon 1666/98 – Archivum Abb. Teplensis, nunc in Zlstice – Arch. Municipale Cheb: dipl. 1541/1723, et acta – Arch. Princ. de Thurn et Taxis Ratisbonae: XI 142/46: diplomata 1363/1474, 4 Zinsbücher 1509/34, Registra, Protocolla, Salbücher, etc. saec. XVII/XVIII – Arch. Mun. Pilsense, cf. Anal. Praem. 1956, 183 – BMun Nancy MS 992/VI, 40/66; 995/III, 67/107: Chronicon Chotesoviense, Instrumenta praepositurae de Ch. – Bibl. Univ. Prag.: Annales auct Z. Bandhauer 1641.

Bibliographia: BILEK 279/84 – BITTNER III 359 – BRUNNER 770 – CDBoh I 324, II 303, 402, 434 – CERMAK 393/435 – CDMor XIV 19 – DHGE XII 764 – EMLER Decem registra 23/52 – ERBEN Reg. Bohemiae I/VII cf. ind. – FRB I 369, 374, 380, V 409, 438, 469, 471 – HUGO I 553, prob. 461/68 – LAIRUELZ 414/15 – LEHNER I 104 – LThK II 900 – LIENHARDT Eph. Hag. 133, 203, 229 – MANNL 7/10 – Mon. Vat. I 449, II 874, 1203, 1204, V 1267, 1534 – NEUWIRTH 55 – NOVOTNY I 3, 107/10, 898/99 – Pam. Arch. II 169 – PFIFFIG Ob. Geras 234 – PICHERT 273/76 – POTTHAST 20737 – RA-

MACKERS Urk. Nancy 131, 136, BH 2751/52 – Reg. Imp. VIII, XI cf. indd. – SCHALLER IX 93 – SCHUBERT 216/30, 249 – SEDLACEK Mist. Slov. 326/27 – Topographie XXX (1911) Bez. Mies 5/35 – WAEFELGHEM 59/374 – ZAK Öst Klb. 272 – IDEM PAM 18 – K. DOLISTA, Chotešovský kopiař v Řezně a vysazeni Tofskova roku 1311 (Chotieschauer Kopiar in Regensburg und die emphyteut. Urkunde von 1311, Minulosti Západoceského kraje VIII 1971, 141/48) – B. GRASSL, Die Wahl des Chotieschauer Propstes Siard Pfeiffer 1761, (Anal. Praem. XII 1936, 71/76) – IDEM, Propst Andreas Norbert Fabritius von Chotieschau 1696–1706, (ibidem XI 1935, 220/23) – IDEM, Pilsnerinnen im Kloster Ch. (Plzensko 1926, 99) – Der Heimatkreis Mies, Dinkelsbühl 1962: 63, S. 79/88. Continet: F. ANDRESS: Die Klosterherrschaft Ch. 79/86; P. MÖHLER, Die katholischen Kirchen im Kreise Mies, Gestalt und Geschichte 313/33; IDEM, Der Kreuzberg 333/40; F. MUHR, Das Gebiet der Herrschaft Ch. im 18. Jahrh. 86/87; IDEM, Das Wappen des Klosters Ch. 88 – H. HÜTTI, Klosterherrschaft und Untertanen des Präm. Chorfrauenstiftes Ch. im ausgehenden 17. und beginnenden 18. Jahrh. (Anal. Praem. 1973, 253/83 et 1974 216/41, 1975 270/82; 1976: 44/63; 1976: 156/73) – R. KÖPL, Das ehemal. Präm. Chorfrauenstift Ch., Prag 1840 – F. PALACKY, Zapisy kláštera chotěšovského 1272/1597, (Arch. Český IV 31/63) – A. PIETSCHMANN, Zacharias Bandhauer und seine Tätigkeit in Chotieschau, Tepl und Magdeburg (Beiträge zur Gesch. des Stiftes Tepl II 1/82) – Plzensko 1926 84, 1927: 89/91, 86/89, 117/19, 1931 36 – G. SCHMIDT, Die Patronatsparren und die Pöpste des ehemal. Klosters Ch. im Mittelalter (Anal. Praem. XII 1936, 46/47 131/43) – A. STARA, Paul Herolt, Propst von Ch. (ibidem XIV 1938, 239/42) – IDEM, Chotieschauer Archivalien in Prag, ibid. VIII 1932, 43/49, 329/37 – Anal. Praem. VIII 91/93 – Necrologium Antiquissimum edd. B. GRASSL in Anal. Praem. ed textus VII 1931.

Series antistitum (Cermak, Schmidt, emendata a Dolista)

1. Praepositi

Zdislav 1237/48	Georgius Plotner 1454/81
Gotthard 1250/66	Tristram Černin de Chudenic
Miroslav (Mirko) 1271/93	1481/82 res.
Pertoldus 1299	Erhard Mügler 1492/1504 res.
Konrad 1303	Clemens 1504/19
Wisimir 1308	Sigismund Gürl 1519/21
Siegfried 1311/20	Mathias 1521/49
Pernold 1320/28	Gallus 1549/52 depos.
Petrus 1333/53	Joannes Muth 1552/58 res.
Joannes de Leskow 1354/66	Adam Hasler 1558/85
Udalricus de Krukanice 1367/80	Mathias Herold 1585–88
Hartmann 1381/90	Laurentius Kastl 1588/93
Johannes Sulko 1391/1416	Georg Scheitler 1593/98
Hinko de Ulice 1416/27	Adam Rudrisch 1598/1633
Petrus 1429/36	Paulus Herold 1633/39
Wenceslaus 1436/54	Zacharias Bandhauer 1639/57

Adalbertus Peletz 1657/66
Michael Kastl 1666/98

Andreas Fabritius 1698/1706
Dominikus Peterka 1706/37

2. Abbates

Christophorus Schmiedl 1737/61 Paul Nowak 1779–82, † 1797
Siard Pfeiffer 1761/79

Magistrae

Mechtildis (Necrol. Doxanense VII. Margaretha 1237
Id. Ian.)

Priorissae

Agnes –1363
Strieska 1363–
Wrabska (Vracka?) 1378
Anna 1408–1418
Zbranie 1419–1420
Anna 1429–1434
Ofka 1434–
Vracka 1439–1453
Anna 1453–1454
Dorothea 1454–1461
Anna 1462–1464
Margaretha de Frumstein
1465–1489
Ludmila 1492–1511
Anna de Krimice 1512–1516
Catharina de Krimice 1517
Ludmila 1524
Elisabeth 1537–1550
Dorothea Strojeticka –1554
Margaretha de Vetla –1567
Ludmila –1582 dep.
Ludmila (alia?) –1589
Barbara Guldnerin 1597–1599
Regina Herold –1602
Barbara Bavorovska –1605

Anna 1619
Barbara Pugliana –1642
Catharina Ötterlin 1642–1654
Francisca Wilfert 1654–1666
Catharina Abeysin 1666–1672
Susanna Schlick 1672–1685
Valpurgis Fabrici 1686–1720
Agnes Gröslinger 1721–1733
Bernarda Brusch de Neuberg
1733–1752 res. († 1754)
Francisca Manetinska 1754–1761
Magdalena Dill 1761–1768
Valpurgis Gimpl 1768–
Dominica Forstmayer –1780
Benedicta Saitz 1780–1782
Inseri nequeunt priorissae (Necr.
Chotes. et Doxanense):
Juliana 20. febr., Eufrosina 27.
mart.,
Johanna 29. mart., Dobka 15. iul.,
Tudislava 20. iul., Zbraslava 8. aug.
(Omnes praeter Julianam – saec. 16.
ex. – pertinent in 13. et 14. saecu-
lum.)

DOKSANY Nativitas B.M.V.

Dogsein, Doxana, -anum, Dog-, Doc-, Doch-, Dokzan, -san, -czan, Dokzany, Doxant, Dogszano. Germanice: Doxan.

Inter Litomerice et Roudnice, Bohemia, Dioc. Prag., nunc. Litomerice.

Parthenon insignis, praepositura postremo abbatia. Fundatus est post annum 1143 a Gertrude uxore Vladislai II ducis (ab an. 1158 regis) Bohemiae. Primae moniales venerunt e Dünnwald. Sub paternitate abbatum Strahoviensium. Parochiae incorporatae: Doksany, Dolanky, Libotenice, Bohušovice, Kmetineves, Mury, Redhost, Počaply, quae a saeculo XV a canonicis Strahoviensibus sunt administratae. Beata Agnes de Bohemia († 1282) hic est educata. Usque ad annum 1388 priorissae solebant esse de stirpe regia vel ducali. Anno 1278 asceterium, quod erat ditissimum, combustum et exsoliatum est, iterum anno 1295. Ex quibus calamitatibus mox revixit, non vero e subversione completa anno 1421 a Hussitis ei illata. Anno 1430 quidem reverterunt moniales, sed anno demum 1456 potuerunt recuperare sua bona. Saeculo XIII possederant territorium 40 vicorum, anno 1519 adhuc 12. Anno 1531 quinque moniales tantum ibi vixerunt. A medio tamen saeculo XVI iterum refloruit. Annis 1626/27 hic depositae erant reliquiae Sti. Norberti. Anno 1628 praepositi infulantur, et anno 1738 abbatiali dignitate insigniuntur. Annis 1709/26 per pulchra aedificia sunt erecta, templum mediaevalē (saec. XII/XIII) tam splendide et eleganter est reconstructum et exornatum, tribusque turribus auctum, ut sola crypta characterem suum romanum conservaret.

Anno 1782 cum 49 canonissis tamquam una ex primis victimis saecularisationis imperatoris Josephi suppressum est. Aedificia supersunt, ecclesia est parochialis et sicut aliae parochiae quondam Doxanenses canoniae Strahoviensi dein fuit incorporata. Aedes claustrales et praelatura ab anno 1804 usque ad an. 1945 erant proprietas comitum de Lexa-Aehrenthal.

Archivalia: Arch. Status Centrale, Praha

Bibl. Univ. ibidem (Necrologium anni 1373, cum add. usque ad saec. XVII) – Bibl. Abbatiae Strahoviensis (Obituarium, copia praecedentis e saec. XVII cum add. usque 1782); Annales 1144–1720, auct. P. Urbano Vojta DC II 3/3a – Bibl. Mun. Nancy MS 995/III 123/37.

Bibliographia: BITTNER III 359 – BRUNNER 771/72 – CERMAK 129/73 – CDBoh II 233, 265, 281, 283, 284, 286, III 193 – CDMor VII/2 971 – COTTINEAU 998 – DHGE XIV 566 – ERBEN Reg. Boh. I/VII v. registra, et etiam apud BALČAREK (1929) opus infra citatum – FRB II, IV, V v. ind. – GOOVAERTS I 620, II 166, 264 – HUGO I 633, prob. 518/33 – LAIRUELZ 414 – LEHMANN BROCKHAUS 1167 – LThK III 431 – LIENHARDT Eph. Hag. 36/38, 99, 141, 163, 215, 243, 339 – MANL 5/7 – Mon. Vat. Acta Clem. 32, 223, 224, 228, 250, II Acta Urb. et Bonif. Nr. 1271 – NOVOTNY, I 2, et

I 3 cf. ind. – PFIFFIG Obit. Gerus. 235 – POTTHAST 20731 – Reg. Imp. XI cf. ind. – SCHALLER I 200 – SCHUBERT 230/39 – SEDLACEK Mist. Slov. 146/47 – TOPOGRAPHIE IV 1900, 70/108 – WAEFELGHEM, 79 – ZAK Oest. Klob. 272 – IDEM PAM 18 – E. BALČAREK, Doksan nad Ohří, byvaly klášter Premonstratenecký . . . v. Doksanec 1929 – IDEM germanice: Doksan, ehemal. Prämonstratenserinnenkloster, Doksan 1933 – F. BEÑEŠ, Doksan, byvaly kral. panensky klášter Premonstratek nad Ohří (Pam. Arch. V 1862, 162sq) – M. FREYFAR, Kurze Geschichte des Kgl. Prämonstratenser-Jungfrauenstiftes Doxan bei Leitmeritz in Böhmen, Dresden 1860 – N. GENGLER, Duo regesta 1398 et 1407 (Codex Jur. Municip. I 883) – R. JAKUBEK, Das Privilegium des Klosters Doxan zur Gründung von Königsberg an der Eger (Unser Egerland 1933, 105/07) – K. JUST, Doksan (Novy Život, Romae 1967, 116/17) – Z. KRISTEN, Nezname zpadełane zneni privilegia Přemysla Otakara I pro klášter doksansky z. r. 1226 (Ein unbekannter gefälschter Text des Privilegs Ottokar I für das Stift Doxan) in: Sbornik vysoké školy pedagogicke v Olomouci, Historie II 1955) – J. LEHNER, Panensky klášter v Doksanech, Praha 1889 – D. LIBAL, Koštel kláštera Doksanekho (Zpravy památkové pece VI 1942, 61/65) – B. MATEJKO, Soupis památek historických a uměleckých v pol. okresu Roudnickém I, Praha 1898, 51 (Bibliographia) – J. MIKA, Das ruhmwürdige Doxan, Leitmeritz 1726 – V. ONDRAČEK, Praepositura Doxana (Anal. Praem. VIII 1932, 321/29) – J. PRAZAK, Privilegium Přemysla I pro Doksan a jeho konfirmace z. r. 1276 (Das Privileg Ottokars I für Doxan und seine Bestätigung 1276) in: Sbornik archivních prací V 1, Praha 1955, 159/203 – Prozeß des K. K. Kommissarius Philipp Grafen von Kolowrat-Krakowsky, bey Gelegenheit der Nonnenauflhebung zu Doxan, Prag 1783 – C. STARAKA in SHK XXVII 1/17, 81/92; XXVIII 44/53, 122/27; XXIX 1/14 – N. STREJČEK, Nekolik listůz kroniky zenského kláštera v Doksanech (Čech 66/73, Praha) – J. VOLF, Knihovna doksanska (Časopis československých knihovníků VI 143/44. De bibliotheca) – Necrologium (1373) edd. J. EMLER in Sitzungsberichte der Böhm. Gesellschaft der Wissenschaften, Prag 1884, 84/144.

Series antistitum (Cermak, Ondracek, emend. a Dolista)

1. Praepositi

Adalbert –1175 dein abb. in Strahov	Dietrich 1328/41
Wolfram	Arnold 1341
Berthold 12..	Zibislav 1349
Gunther 1226	Petrus 1355/80
Gerhard 1237	Jimram 1381/1405
Fabianus	Nicolaus 1407/17
Johannes 1262	Petrus 1417/18
Hermannus 1263	Andreas 1418
Johannes 1276/90	Diepold v. Riesenberk 1456/61
Sifridus 1290/91	Wenceslaus 1470/1500
Edmundus 1295	Johannes 1501/04
Andreas	Stanislaus 1504/08
Simon 1307/20	Johannes Cipra 1508/17

Johannes Puchauer 1517/31
Johannes Freywald 1531/63
Leonhard Schütz 1563/75
Vitus Herold 1576/85
Laurentius Kastl 1585/86
Andreas Werner 1587/92 antea abb.
in Strahov
Johannes Voit 1592/98
Johannes Konrad 1598/1601
Sigismund Kohel 1601/05 postea
abb. Lucensis
Melchior Römer 1606/21

Krispin Fuck 1621/37
Norbert v. Amelunxen 1637/49 po-
stea abb. in Strahov
Nicolaus Plutzer 1649/54
Cyrillus Hofmann 1654/69
Stephanus Kielmann 1670/78
Hyacinth Hohmann 1678/79 postea
abb. in Strahov
Dominicus Girneth 1679/98
Franciscus Waldhauser 1689/92
Bruno Kunovsky 1692/1709
Joseph Mika 1709/33

2. Abbates

Benedictus Bayer 1733/54
Joseph v. Winkelburg 1754/82,
† 1797
Inseri nequeunt (sec. necrol. loci)
Alexius 22. IV

Benedictus (res.) 14. III
Florianus 13.. 22. IV¹
Gotfridus (res.) 12. I
Theodoricus 13.. res. 17. XI
Vincentius 24. XI

3. Magistrae

Ida
Elisabeth
Margaretha
Gilla

Predislava 1263
Strezislava
Catharina 1307
Margaretha

4. Priorissae

Anna 1328
Mechtildis 1339–1341
Jutka 1349
Christina 1355
Githa (Guta?) 1398
Elisabeth 1403
Adliczka 1408
Anna 1409
Catharina Dubanska 1422
Anna 1468 †
Sophia 1482–1494
Ludmila 1503
Sophia 1509 †

Ludmila 1524
Dorothea 1529
Ludmila 1535 †
Dorothea de Utola 1536 †
Margaretha de Trojanovice 1539
Margaretha Velenska de Velen
1563–1566 †
Dorothea 1575
Margaretha Kulmpach 1577–1582 †
Margaretha Znojemska
1586–1604 †
Catharina 1629 †
Catharina Mayerhofer 1631 †

¹ Potest etiam legi „Fabianus“.

Maria Salome Müllerin 1632–1655 †	Libertina Rosa 1771
Juliana Sekyrkova 1° 1656–1659 res.	Elisabeth Piehler 1782
Cahtarina Duldin 1659–1666 res.	Inseri nequeunt (<i>Necrologium Doxanense</i>):
Juliana Sekyrkova 2° 1666–1692 †	Magistrae (in necr. Dox.: <i>praelatae!</i>)
Cyrilla Kroy (Proy?) 1692–1701 †	Margaretha 19. ian., Sophia 27. iul.
Beatrix Udrčka 1722	Priorissae:
Hyacintha Materovska 1724	Heylwigis 16. ian., Mergardis 19. ian.,
Hildegundis Fröhlich ? res. († 1726)	Gertrudis 14. febr., Agnes 22. mart., Agnes 16. maii, Agnes 31. iul.
Mechtildis Pachta 1727 †	
Agnes Reitenberger 1752	
Nepomucena Schweisinger 1757 res. († 1779)	

DOUBRAVNIK Stae. Crucis

Du-, Dobrawnik

In convalle Svatkov juxta praeclaram arcem Pernstein, in districtu Tišnovice in Moravia. Dioec. Olomucensis, nunc Brunensis.

Iuxta ecclesiam Stae. Crucis ante an. 1208 constructam, fundatum est brevi ante annum 1231 asceterium Ordinis Stae. Clarae a Stephano equite de Mědlov in honorem Sti. Francisci. Ad fundatoris familiam spectabat jus patronatus. Annis 1231/33 prima vice authentice occurrit¹. Sed inter annos 1235 et 38 mutatur ordo, annis 1238/56 verbum fit de praeposito et conventu monialium OSA. Anno 1282 mentio fit de abbatissa OSA. Anno 1333 asceterium visitatur a Friderico de Pernstein, archiepiscopo de Riga (cuius capitulum cathedralē fuit O. Praem): „abbatissa monasterii de Dubrawnik OSA, quae exorbitavit malis moribus“². Inter annos 1365 et 1407 certe fuit O. Praem, quod patet ex tribus chartis³. Anno 1421 dirutum est monasterium, moniales primo transferuntur in castrum Pernstein, ab an. 1543 in Tišnov, ubi extinguntur.

Puto eundem casum nos hic habere quem apud Stum. Jacobum Olomucii, de quo infra. Asceterium Doubravnik ad tempus pertinuisse ad ordinem nostrum censendum est certum. Confer quae infra dicimus apus Stum. Jaco-

¹ POTTHAST 9102/03: Abbatissa pauperum inclusarum . . . ecclesiae Sti. Francisci de Dubrawnik.

² Lettr. com. Jean XXII 59368. Diploma 18012 POTTHAST, quo asceterium OPraem iam probatur saec. XIII, est spurium.

³ Mon. Vat. III 619, V 1278, VI 260.

bum Olomucensem. Relationis vero cuiusvis cum canonii ordinis nostri apud ambo asceteria vix quidem invenimus vestigia. Tamen indicia sufficient ut ea in seriem monasteriorum inserenda esse duxerimus.

Pluries in ordine evenit, ut parthenones, forsitan per separationem sororum a canonicis orta, propter dissensionem aut ipsi se a canonia virorum separaverint, aut ab illa neglecta et seipsis derelicta, absque ligamine ordinis cuiusdam vixerint, vel alii ordini nomen dederint. Cito dein magistrae, in signum elationis et independentiae, titulum abatissae sibi arrogare solebant. Immo accedit, ut vidimus in Germania, ut moniales omnia documenta probantia, se ordini cuidam sibi odioso quandam adhaesisse, diligenter tulerint de medio. Designatio „OSA“ parum dicit, quia saeculis XII/XIII, hic et illic adhuc serius, Praemonstratenses ita sunt appellati. Ordo canonicorum Sti. Augustini, cui Doubravnik a multis auctoribus attribuitur, ante finem saec. XIII in Bohemia et Moravia non erat notus, nec habuit ibi in posterum asceteria. Ordo autem noster ibi erat florentissimus, et magno in honore. Canoniae nostrae, saec. XII fundatae, omnes sibi asceterium fundaverunt in vicinitate, immo vidimus ex epistolis Ulrici praepositi Steinfeldensis, canonias Strahov et Želiv, ope Henrici Zdik episcopi fundatas inter annos 1140 et 1150, primitus fuisse monasteria duplia. Mirum esset valde, si Henricus ille duabus aliis suis foundationibus. Litomyšl nempe et Hradisko, omisisset moniales adiungere. Stus. Jacobus Olomucensis videtur progressisse ex Hradisko, Doubravnik velimus adscribere canoniae Litomyšlensi, non longe distanti. Tamen manet problema. Ubinam essent commoratae moniales Dubravnicenses inter annos 1145 et 1238? Forsan Litomyšlii? Transitus monialium, ex Litomyšl translatarum in alium locum, esset rarum quid et inexplicabile. Sed reversio inopinata ad ordinem nostrum, ab archiepiscopo illo Rigensi forte insinuata, hoc reddit possibile. Propter interitum fere totalem archivorum per rabiem Hussitarum nil scimus certi, et ad hypotheses nos restringere debemus⁴.

Archivalia: praeter hic in notis adducta: Arch. Episc. Olomucense.

Bibliographia: ČERMÁK 500 – DHGE XIV 738 – DUDÍK V 132, X 336 – ERBEN Reg. Boh. III 195, 797, IV 896 – HUGO I 617 – PALACKÝ Dějiny I 2, 370 dicit fuisse O. Cist. – POTTHAST 9102, 10842, 11097 – WAEFELGHEM 77 – L. HOSAK, Historicky místopis země Moravskoslezské, Praha 1938, 331/32 – KLIČMANN in CCH IV 89, NOVOTNÝ I 3, 617; et WOLNY II 2, 362 attribuunt asceterium OSA.

⁴ Nec mirandum nobis est, diplomata de monialibus istis ante annum 1231 plane tacere. Sorores modestam vitam egerunt, neque in historia canoniarum, quibus erant adnexae, vestigia considerabilia reliquerunt. Arnstein et Ursberg verbi gratia, ambae abbatiae insignes in Germania, certe fuerunt, et quidem satis diu, monasteria duplia, sed praeter necrologia archiva earum sorores ne verbo quidem memorant.

	Series antistitum: Praepositi
Adalbertus de Mědlov 1238/56	Mutina 1294
Henricus 1277	
	Abbatissae
Eufemia 1333/44	Clara 1415
Clara 1356/82	Elisabeth 1436
Helena 1410/14	

GERAS Nativitas B.M.V.

Jerus, -ros, ruhs, -wis, -wisch, Jaruss, Yerus, Jaeros, Iherus. A saeculo XIV: Gerus, -rusch, -raus, -ros, -rusium, -racensis, -rusena. Anno 1511 prima vice occurrit hodierna vox „Geras“.

Prope Horn, in limitibus Moraviae. Austria inferior, Dioc. Passau, nunc St. Pölten. Secundum catalogos SUV primitus pertinuit, una cum Plaga, Pernegg et Porta Coeli Viennensi, ad Circariam Moraviae. Annis 1883–1968 spectabat ad Circ. Austriae, abhinc vero ad Circ. Germaniae.

Praepositura, dein (1180) abbatia. Fundata ab Udalrico comite de Pernegg inter annos 1153 et 59 ut filia de Siloe, una cum parthenone adnexo Perneensi, qui fuit postea canonica virorum et filia ipsius (vide infra). Parochiae incorporatae: a fundatione sua possedit Geras, Japons, Pernegg, Non-dorf, Eibenstein, Drosendorf, Weikartschlag, Blumau, Kirchberg a. d. Wild; et sequentes quas iterum amisit: Ulrichschlag et Ludweis cum Hafnerluden. Saeculo XIII acquisivit parochias in Moravia sitas, nempe Fratting (Vratenin), Großranzern (Rantirov), Kirchmislau (Kostelni Mislova), et Kleinranzern (Rancirov). Anno 1620 irruentibus Bohemis, totum coenobium combustum est. Totum archivum praeter diplomata ipsa tunc periit. Annis 1775/83 parochiis supradicitis accesserunt Rodingersdorf, Harth, Zisserdorf, Göppfritz et duae quae fuerant canoniae Perneensi unitae: Niklasberg et Traben-reith. Hodie canonici insuper administrant. Langau, et Oberhöflein. Canonica Gerusena omni fere tempore multa passa est bellis, incendiis et aerumnis cuiuslibet generis; saepius, praesertim saeculis XVI et XVII, fere extincta est. 1520: 21 DD, 1781: 48, 1853: 32, 1900: 30, 1948: 27, 1981: 24. Circa annum 1450 abbates infulati sunt. Annis 1786/90 intrusus erat abbas commendarius, 1790/97, 1840/52 et 1967/79 carebat abbatie, et annis 1829/50 fuit sub administratione temporalium. Parthenones dependentes usque ad saeculum XVI: Pernegg et Wien Himmelsforten. Ecclesia et aedificia in Geras,

modesta sed pulchra, sunt saeculorum praeprimis XVII et XVIII, attamen cernuntur et partes vetustiores. Anno 1783 bona et parochiae, anno 1854 etiam aedificia canoniae Pernecensis suppressae Gerusenae sunt incorporata. Annis 1940/45 a gubernio Hitlerico Geras erat suppressa et plane expropriata. Interea vero bene restaurata est. Post bellum fundavit novum ramum Sororum Tertiī Ordinis (nunc in Etsdorf), et residentiam apud ecclesiam Sti. Caroli Viennae, quae iterum desiit.

Archivum est in loco: 356 diplomata 1188/1953, archivum praelatura 1527/1961; item conventus 1629/1962; Herrschaftsarchiv 1527/1848, Bau- u. Wirtschaftsarchivalien 1641/1952. Archiva Pernecensia et Castri Walkenstein (1760/1941 proprietas canoniae) nondum sunt ordinata.

Bibliographia: BITTNER III 220, 346, 357, 384, 530 – BRUNNER 91/144 (auct. R. RUHIELT) – BÜNGER 179 – CHLUMECKY Reg. Arch. 35, 50 – COTTINEAU 1275 – DHGE XX – EMLER I 324, 594, 616 – FIEDLER VIII 84/113, IX 123/163 (auct. J. ALRAM) – GERITS Prem. Univ. – Gesamtinventar des österr. Staatsarchives III (1938) 220 – GOOVAERTS I 19, 275, 278, 326, 327, 353, 354, 470, 476, 508, 598, II 50, 64, 76, 84, 114, 115, 162, 229, 243, 362, 376, 386, 416, 424, 438, 440, III 18, 49, 64, 72, 75, 108, 149, 150/67, 177, 180, 204, IV 61, 94, 250, 296, 322, 356, 359 – HUGO I 739, prob. 595/97 – JOHN Canons – Lettr. com. Jean XII 46 480, 55 099, 61 800, 51 431 – Lettr. com. Urbain V 1376 – LThK IV 219 – LIENHARDT Eph. Hag. 33 – LINDNER Mon. Sal. 363/66 – Mon. Vat I cf. ind. – POTTHAST 18012 – SIEBMACHER 104 – H. TIEZE in OKT V (Wien 1911) 180/219 – TOMEK II 203, 323 ff., 332 – Topographie von Niederösterreich III 367/420 – WAEFELGHEM 95, 376 – ZAK Öst. Klosterb. 47 – IDEM PAM – I. FRANZ, Geschichte der Waldviertler Klosterstiftung Geras-Pernegg, Geras 1947, sec. editio 1976 – IDEM, Rechtsgeschichtliche Probleme des Stiftes G. (Oesterr. Arch. f. Kirchenrecht VI 1955, 188/210) – B. HOFFER, Zur Geschichte von Geras und Pernegg, Diss. Wien 1880 – N. KERSCHBAUMER, Geschichte des Bistums St. Pölten 2 Bde. Wien 1875/76, cf. ind. – K. LECHNER, Besiedlungs- und Herrschaftsgeschichte des Waldviertels (in: E. STEPAN, Das Waldviertel, VII 1937) – Th. MAYER, Urkunden des Präm. Stiftes G. 1188–1416, (AKÖGQ II 1849, 1/52, cf. 363) – J. MIKEŠ, Das Stift G. im Josephinismus (Anal. Praem. L 1974, 119/145, LI 1975 72/101) – IDEM, Die Tätigkeit des Bildhauers J. Schletterer im Stift G. (Das Waldviertel XXIII 1974, 240 ff.) – A. PFIFFIG, Die Abtei G. München 1957 – IDEM, Geras-Pernegg und die Babenberger (Secundum Regulam Vivere, Festschrift für N. Backmund 133/36) – IDEM, Die Bibliothek des Stiftes G. (Biblos, fasc. 3: VII, 1958) – IDEM, Obitorium Canoniae Gerusenae, Wien 1980 – IDEM, Geraser Komponisten des 18. Jahrh. (Unsere Heimat XXI, 1950, Nr. 7/9) – L. RUDISCH, Das Präm. Chorh. Stift Geras, Wien 1929 – E. SCHAFTRAN, Die niederösterr. Stifte, Wien/Leipzig 1925, 116/32 – N. SCHWEIKHARDT, Darstellung des Erzherzogtums Österreich unter der Enns, Wien 1840, V 228/75 – H. STRÖHL, Die Wappen der Präm. Stifte Geras und Pernegg (Der Adler, Wien 1895, 265/330) – N. WIEDEMANN, Geschichte der Reformation und Gegenreformation im Lande unter der Enns, Wien 1779/86, passim – A. ZAK, Stift G., G. 1929 – IDEM, Le rétablissement de l'Abbaye de Geras (Anal. Praem. III 1927, 430/31) – IDEM, Das Stiftsarchiv in G. (Mittlgn. des Deutsch-Österr. Archivrates, III Wien 1919, 92/127) – IDEM, Die Beziehungen der Stifte G. und Pernegg zu Mähren (ZDVGMS VI 1902, 145/90) – IDEM, Zur Gründungsgeschichte der Präm. Stifte G. und Pernegg (BVLNÖst XXV, Wien

1891, 1/51) – IDEM, Die Aachenfahrt von 1433 und das Präm. Stift G. (ZAGV 1920, 294/96) – IDEM, Regesten aus dem Archiv zu Geras und Drosendorf (Quellen zur Gesch. der Stadt Wien V, nr. 4752/89) – IDEM, Die Totenbücher von Geras und Pernegg (Jb f. Landeskunde von Niederösterr. IX, X (1910 et 1911) 223/304 et 136/241) – Anal. Praem. Index Gen. 98/99 Necrologia edd. PFIFFIG et ZAK o.c.

Series antistitum (Alram, Lindner, Franz)

1. Praepositi

Mandevin 1150/60

Thilmann 1160/79

2. Abbates

- | | |
|-------------------------------|-----------------------------------|
| Paulus 1179/86 | Urbanus Leser 1563–79 |
| Dietmar 1186/99 | Administrator: Balthasar |
| Friedrich 1199/1225 | Bolzmann O. S. A. 1579–84 |
| Johann 1225/35 | Longinus Haberler 1584–98 |
| Florian 1235/56 | Johann v. Beyrer 1598–1615 res. |
| Ulrich 1256/74 | Valentin Springel, Praep. in |
| Johann 1274/77 | Pernegg, administrator in Geras |
| Arnold 1277–80 | 1615–27 |
| Konrad 1280–94 | Benedictus Lachen 1627–32 |
| Peter 1294–1306 | Petrus Herkardt 1632–50 |
| Hermann I. 1306–10 | Johann Westhaus 1650–74 |
| Gerhard 1310–27 | Friedrich Urtica 1674–93 |
| Bernhard 1327–30 | Engelbert Hofmayr 1693–1712 |
| Johann v. Nuß 1330–44 | Michael Wallner 1712–29 |
| Thilmann Grod 1344–48 | Nikolaus Zandt 1730–46 |
| Wilhelm 1348–89 | Paul Gratschmayr 1746–80 |
| Johann v. Nuß 1389–1414 | Andreas Hayder 1780–86, res. |
| Thilmann 1414–32 | Franz Mohr, abbas commendatarius |
| Wilhelm 1432–46 | 1786–90 |
| Friedrich 1446–59 | Godefridus Bauer, Prior 1790–97 |
| Johann v. Amann 1459–64 | Ignatius Hörlhofer 1797–1813 |
| Oswald 1464–85 | Hugo Pfennigbauer 1814–22 |
| Wenceslaus Ruepl 1485–1500 | Hermann Hohenheiser 1823–40 |
| Vincentius 1500–02 | administrator temporalis: abbas |
| Paulus Linspauer 1502–27 | Mellicensis O. S. B. 1829–50 |
| Erhard 1527–47 | administratores spirituales: |
| Balthasar 1547–57 | Priores Petrus Bayer 1840–43 et |
| Johannes Ruepl 1557–58 | Franz Schleges 1843–52 |
| Gregor Setzenschragen 1558–63 | Adolphus Heisinger 1852–59, abbas |
| (non fuit ex ordine) | Julius Plch 1859–88 |

Adrianus Zach 1889–1916
Aemilianus Greisl 1916–26 res.
Ludolphus Rudisch 1927–30
Friedrich Silberbauer 1931–52

Isfried Franz 1952–61 res
Ludolph Schuster 1961–67 res
Otto Karasek 1967 Administrator
1973 Prior de regimine, 1979 abbas.

HRADISKO B.M.V. et St. Stephanus Protomartyr

Gradicum, Gradicense. Gardisc, -disch, -dissch, -dis, -diz, -diss, -dist,
-discz, -dic, -des. Grediz, Radis, Redisch, -dissch, -dyss, Rodis.

Germanice: Hradisch.

Praeter Hradisko existit alia variatio moderna huius nominis: Hradistě.
Vitetur tamen confusio cum abbatia quadam cisterciensi in Bohemia sita,
saeculo XV extincta, quae cechice etiam Hradiste, germanice vero Mün-
chengrätz appellatur¹.

Juxta, hodie intra civitatem Olomucensem in Moravia. Dioc. Olomucen-
sis.

Abbatia insignis, fundata anno 1078 pro monachis OSB ab Ottone I duce
Olomucensi in castro suo. Ex eorum tempore sunt „Annales Gradicenses“².
Anno 1150 Henricus Zdik, episcopus Olomucensis, fautor et canonicus ordi
nis nostri egregius, monachis, ut praetendebat, relaxatis, substituit Prae-
monstratenses ex Litomysl. Authentice probari nequit, hanc canoniam initio
fuisse monasterium duplex, nisi forte moniales ad Stum. Jacobum Olomucii,
de quibus infra, originem suam inde deducerent. Saeculo XIII, testibus om-
nibus catalogis, iam paternitatem habuit in canoniam Bozok (Bzovík) in
Hungaria. Anno 1294 ei commissa est insuper paternitatis in sequentes cano-
nias illius regni: Garab, Türje, Zsido, Sadov, Rajk et Szalankemen. Anno
1710 adquirit praeposituram Csornensem, anno 1741 etiam Türiensem.
Anno 1752 obtinuit paternitatem in abbatiam Nowy Sacz in Polonia.

Hradisko habuit a saeculo XVII praeposituram in Svaty Kopeček, de qua
infra, et administravit parochias sequentes: Cholin, Břežovice, Tešetice, Kninice,
Bouňovice, Naklo, Četkovice, Stěpanov hořejsi et dolējsi, Horka, Ol-
šany, et Svitava (v. infra). Anno 1348 canonici obtinuerunt privilegium in ec-
clesia se vestiendi sicut canonici cathedrales Olomucenses. Sicuti anno 1241
a Tataris, anno 1432 a Taboritis omnino combusta et devastata est, ita ut
communitas usque ad annum 1498 habitare debuit in suburbio Olomucensi.

¹ Quae confusio occurrit apud Waefelghem. Urbarium Gradicense, editum a J. Em-
ler, 1884, spectat ad hanc abbatiam cisterciensem.

² MGH SS XVII 644/53, cf. BACKMUND MaGSchr 319.

Iterum anno 1642 a Suecis eversa, ab anno 1657 reconstructa est et exinde optime floruit. Saeculo XVIII erexit novas aedes, quae sunt elegantes nimis, palatii instar. Fuitque insuper sedes litterarum insignis, sed anno 1785 insidiis episcopi Olomucensis suppressa est cum 85 canonicis. Facta est deinceps unum ex illis „Seminariis Generalibus“, a Josepho II Imperatore erectis, anno 1790 vero profanata est in hospitale militare, quod et mansit usque hodie. Aedificia omnia supersunt, ecclesia autem est exsecrata et mutata in habitationes, per pulchra „Aula Regia“ erat oratorium.

Archivalia: Arch. Status, Brunae: Collectio Geroni MS II 385, 67a, 69a, 60b, 61a – BMun Nancy 992/VIII 257/323 – Bibl. Strahov Pragae: Historia auct. G. DLABACZ DG I 19.

Bibliographia: AUVRAY 5045 – BITTNER III 359 – BRUNNER 732/34 – ČERMAK 245/87 – CHLUMECKY Reg. Arch. 32, 71 – CDBoh I/III cf. reg. – CDMor IX 9, X 200, 229, XI 77, 86, 96, 103, 132, 410, 544, XII 477, 478, XIII 251, 256, 409, XIV 70, XV 217 – COTTINEAU – DUDIK MGQ I 89 – ERBEN Reg. Boh. II/IV cf. reg. – FRB II 491 – Font. Rer. Sil. VII 152 – GOOVAERTS I 33, 61, 68, 70, 93, 154, 182, 194, 209, 241, 242, 256, 287, 289, 312, 332, 384, 392, 394, 406, 414, 430, 436, 485, 490, 494, 519, 558, 580, 638, II 23, 49, 50, 94, 113, 115, 117, 118, 135, 141, 176, 211, 212, 236, 240, 262, 264, 354, 359, 363, 399, 407, 436, 437, III 15, 18, 24, 67, 72, 85, 106, 147, 154, 166, IV 109, 212, 213/15, 269, 340 – HOSAK 488/94 – HOBERG 325 – HUGO I 749, prob. 599/600 – JOESTER Urkb. Steinf. Nr. 9/12 – KÖHLER – Lettr. com. Jean XXII 19222, 23455, 27135, 46900, 47224, 51834, 52928, 55731, 56619, 57375 – LEHMANN BROCKHAUS 637/40 – LIENHARDT Eph. Hag. 25, 38, 101, 209, 210, 313, Auct. 39, 52 – MGH Ep. Sel. I 147, II 74 – Mon. Vat. I 839, II 432, V 35, 127, 184, 313, 418, 606, 1916 – NBlatt 1859, 89/91 – NOVOTNY I 2, et I 3 v. reg. – PFIFFIG Obit. Gerus. 237/38 – PORTHAST 10822, 10842, 11587, 17182 – Reg. Ben. XII 5592, 7278, 9519, 9520 – Reg. Imp. XI cf. ind. – ROTH Briefsamml. 12, 17, 19, 32 – SCHUBERT – SEBANEK cf. ind. – Script. Rer. Siles. VII 152 – WAEFELGHEM 118, 377 – WOLNY cf. reg. – WURZBACH XI 96, XXVII 232, 316, 317, 321, XXXIX 363, XLIII 4, XLIX 3, 187/88, LVI 208/09 – ZAK EOP 1928, 298; 1929: 132 – IDEM, Öst. Kl. 60 – IDEM PAM 16 – F. BOLKA, Katolické církve a kaply v Olomouci (Olom. 1933) – 137/47 – H. BRATMANN, Mähren im graphischen Bild, München 1967, 171 (7 Stiche) – D'ELVERT, Kloster H. in neuerer Zeit (NBlatt 1859, 89/91) – M. HAIN, Die Gründung des Klosters H. bei Olmütz (ZDVGMS XXXII 1930, 198/214) – IDEM, Tetzl und Siebeneicher, Zwei Kloster Hradischer Chronisten (ibidem XXXIII 1931, 135/52) – A. KOBLIHA, Urkundensammlung der Privilegien und Rechte des Metropolitankapitels in O., O. 1890, cf. ind. – W. MÜLLER, Geschichte der kgl. Hauptstadt O., O. 1882, cf. ind. – A. NEUMANN, Historia de fundatoribus . . . et progressu monasterii Gradicensis . . . authore Fr. Joanne Tetzlio (ca. an. 1601) in: Ztračene středověké kroniky moravské, SHK XXIII 20/42, 106/14 – N. NOVOTNY, Uvědění Premonstrátů do kláštera Hradistského na Moravě (CMM I 155/70) – G. ONDRACEK, Klášter Hradisko 1642/45 (Nasinec 1924) – V. NONDROUCH in Časopis vlastenéche společnosti muzejní v Olomouci 1930/31 – PINKAVA in CMM XXXIII et XXXIV – A. E. RÜBNER, Memoriale saecul orum seu ter secundum Gradicensis eccl esiae jubilaeum, Oppaviae 1751 – F. SCHMID, De sorte canoniae Gradicensis et de suppressione eius (čechice), in: Vlastivedny sbornik středni a severni Moravy 1934/35, 79/80, 127/80, 134/44 – IDEM, Zru-

šení a parcelace premonstratského Kláštera Hradiško, et: Z minulosti byvalých klášterních vesnic Drozdina, ibid. 1937, et S. A. Prereov s. a. – A. V. SEMBERA, Paměti a znamenitosti města Olomouce, Videm 1861 – J. TEIGE, Zpráva o pramenech dějin kláštera Hradistského u Olomouce až do roku 1300 (Vestnik kral. Ceske spol. nauk Praha 1893) – Anal. Praem. XIV 116, cf. ind. Generalis 104/05 – ZschVGSchl 1930/31, 58/67.

Series abbatum (Cermak, emend. a Dolista)

Reinerus 1150/ ca. 58	Joannes Hicko 1498/1504
Georgius ca. 1158/59	Stephanus Rambal 1504
Blasius 1160	Joannes de Kaplice 1505/06 res.
Michael 1174	Paulus de Kralice 1508/25
Hilarius ?	Joannes Keil 1526/29
Hermannus 1201/13	Martinus de Premyslovice 1530/48
Bonifacius 1221/22	Benessius Poch 1550/56
Petrus 1225/28	Kaspar de Litov 1556/76
Abraham de Strelna 1229/32 res.	Joannes Poniatowski 1576/87 dep.
Gerlacus 1233/40	Paulus Grünwald 1587/93
Robertus 1243/67 res.	Georgius Pavorin 1594/1608
Budis 1269/89	Lucas Tomicius 1608/12 dep.
Chwalko 1292/96 res.	Georgius Leodegar 1612/29
Romanus 1304/08	Maximilianus Pracher 1629/35
Bohuslaus 1314	Elisaeus Henike 1635/41
Henricus 1317	Jacobus Göding 1641/47
Thomas 1326/30	Joannes Minsky 1647
Fridericus 1335	Fridericus Schinalius 1647/57 res.
Augustinus 1340/42	Thomas Olšanský 1657/66
Pribislaus de Odlochvice 1350/61, in lite cum:	Fridericus Sedlecký 1666/71 res.
Therwardus 1363/81	Alexius Worstius 1671/79
Petrus Horinek 1381/82 dep.	Norbertus Zelecký 1679/1709
Stephanus ca. 1383?	Bernardus Wancke 1709/14
Wikerius de Krenovice 1385/1406	Benedictus Bönisch 1714/21
Benessius 1409/12	Norbertus Sancius 1721/32
Wenceslaus Hrvnac 1412/24	Norbertus Umlauf 1732/41
Nicolaus Kobik 1440	Paulus Vaclavík 1741/84
Nicolaus Rys 1453/63	Inseri nequenunt:
Georgius Jursa 1463/72	Nicolaus 1.1 (Necr. de Silly, Anal.
Bernardus 1478/83	Praem. 1975, 131. Probabiliter ante
Marcus 1491/95	saec. XV).

